Universitätsbibliothek Paderborn

Habacvc Propheta

Habakuk

Argentorati, 1526

VD16 B 3952

Capvt Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35974

Visual Library

HABACVC
PROPHETA AB
iuxta Hebręum fontē,
CAPVT PRIMVM.

ONus quod uidit Ha
bacuc Propheta.
Quouſq; Domine
clamabo & non au
dies? uociferabor
ad te propter iniu-
riam & non ſalua-
bis? Quare admittis ut cernā adflictio
nem & laborem? rapinam & iniuri-
am oſtendis circum me, & lis & cōten
tio anticipant æquitatem. Propter-
ea uacillabit lex, neq; fœlicem tandem
ſucceſſum habebit iudicium. Quoni-
am impius imponit iuſto, propterea
egreditur iudicium peruerſum. Vide
te inter Gentes & contemplamini, &
uiciſſim admiramini & obſtupeſcite.
Quoniā certe profecto faciam in die-
bus ueſtris, quod non credent, poſt-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam illis narratum fuerit. Ecce enim concitabo Chaldæos gentem amaram & celerem, pertranſeuntem ſepta terræ, ut occupet habitationes non ſuas, Atrox & terribilis ipſa, ab ipſa iudicium eius & grauamen eius egreditur, Equi eius uelociores ſunt Pardis, agilioreſque lupis ueſpertinis, Equitum eius ingens copia, qui & a longinquo aduenient, imo aduolabunt inſtar Aquilæ appetentis cibum. Omnino ad iniuriã ueniet, præterea & a faciebus eorum uentus uehemens ſæuiet & colliget, ceu arenam, captiuitatem. Quin & reges ipſa ſubſannabit & principes item deridebit. Omnem munitionem ridebit, componet aggerem ex luto capietq; eam. Tunc innouabit animum & delinquet. Hæc uictoria eius, eſt, dei ſui. Nonne tu ab æterno es DOMINE Deus meus ſanctus meus, obſecro ne moriamur. DOMINE ad iudicium nobis pone eum, & ad caſtigationem funda illum, puri ſunt oculi tui ne uideant malum, reſpicere ad iniquitatẽ

non poteris. Quid ergo reſpicis arro-
ganteis tacitus dum deuorat impius iu
ſtiorem ſe? Et facis hominem ueluti pi
ſces maris, ueluti reptilia, quibus non
eſt, qui dominetur eorum. Omnia ad-
duxit in hamum ſuum, congregauit ea
in ſagenam ſuam, collegitque ea in pla
gam ſuam. propterea lætatur & exul-
tat, Ideoq; offeret ſagenę ſuæ, adolebit
incēſum reti ſuo. Per illa enim pingue-
do partis ſuæ & cibi ſui copia eſt. Quo
circa expandet ſagenam ſuam, neq; un
quam gentes occidere parcet.

CAPVT SECVNDVM.

SVper cuſtodiam meam ſtabo, & ſu
per munitionem ſtatuam me, & con
templabor, ut uideam quid dicatur mi
hi, & quid uertam ad increpantem me.
DOMINVS autem reſpondit mihi, & di
xit. Scribe uiſionem, & depinge ſuper
tabulas, ut qui præcucurrerit legere in
his poſsit. Nempe quod uiſio iſta ad
ſtatutum uſque tempus durabit, & li-
bere tandem prodibit in lucem, nec fal-